

QUESTIONIS  
DE REDUCTIO-  
NE MONETALI,

An illa sit idoneus Monetæ  
depravatæ restituendæ  
modus?

à clarissimo quodam Viro in Polo-  
nia proposita,  
*brevis*

RESOLUTO.

Quā non modo Reductionem esse idoneum  
modum, summeq; Reipublicæ necessarium,  
Reique privatæ salutiferam monstratur, sed &  
integra scimē Monetæ natura explicatur.

*Autore*

BENJAMIN LEUBERO, J. U. D. &c.




NORIBERGÆ,

Typis & sumtibus SIMONIS HALBAYERI.

M. DC. XXIX.





D. D.

## Præfatio.

BENEVOL. LECTOR.

**N**uperrimè, amice atq;  
benevole LECTOR, cum quidam  
amicorum mihi Discursum hunc  
(cujus ego nunc resolutionem  
meditor) exhibuisset, petiit unà, ut paucis  
ipſi eo in argumento quid meæ esset senten-  
tiæ explicarem; Inspecto Discursu, altius  
repetendum esse iudicium, mecumque  
aliquandiu deliberandum esse duxi: Post-  
modum verò ab Autore proſus diſſentien-  
dum esse iudicavi, & contrariam sententiam  
veritati, Juri, & utilitati cum publicæ tum  
privatæ magis consentaneam esse pronunci-  
avi: quod cum audiisset, meæ sententiæ ra-  
tiones rogare cœpit, hoc è re literariâ esse  
atque

A 2



De  
REDUCTIONE M.O.  
NETALI

*Q U A E S T I O.*

An illa sit idoneus monetæ Regni  
hujus restituendæ  
modus.

*Destinata Regni Comitiis Anno 1625.*

**Q**ui de t'administrandâ Republi. 1.  
câ olim præcepta tradiderunt, fre-  
quenter solent adducere Medicinæ  
& Medicorum exempla, sine dubio  
propter analogiam ac similitudi-  
nem, quam homo, cuius corpus pro  
objecto sibi sumserunt Medici, cum Republicâ ob-  
tinet, adeò ut homo parva Respublica, & vicissim,  
Respublica magnus homo non immeritò dicatur.  
Unde t' & Plato in Politico, virum politicum censet 2.  
medico esse comparandum, & Aristoteles non ob-  
scure in eo qui Reipublicæ præst, aliquâ ex parte,  
medicinæ cognitionem requirit, v. Plutarch. in Ale-  
xandro M. Ph. Melanch. orat. de vita Aristot. tom. 2. Declam.  
p. 377. Cujus rei non ignarus quondam ille Mené-  
nius Agrrippa, dissidium illud Romæ inter Senatum  
& plebem exortum, eleganti apologó , demem-